HAIMO ALTISSIODORENSIS
12. Jh.
Seite 79v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26001
Copyright: Admont, Benediktinerstift



lam hoc superius diximus. ecce iterum dicit
Amplius tibi non potuit commendari karitas.
quam ut diceret ds. forte minus di contemp
turus eras. numquid & dm contemnis. Et qui
manet in karitate in deo manet. & ds in eo.
Ipsissim in se habitant qui continet & qui
continet. Habitas in deo. sed ut continearis.
Habitat in te ds. sed ut contineat ne cadas.
quia sic apls de ipsa caritate dicit. Caritas
numquam cadit. Quomodo cadit. quem continet
ds. In hoc perfecta est karitas nobiscum. ut fidu
ciam habeam in die iudicii. perfecta est in illo ka
ritas. Quid est habere fiduciam in die iudicii.
Cum enim primo ad penitendum se de malis actib
conuertit incipit timere diem iudicii. ne
iudeliceet appareat iusto iudice ipse damp
net. Processu uero bone conuersationis anima
tus discit non timere quod timebat sed potius
optare ut ueniat ille desideratus cunctis gen
tib speransse cum scis merito bone actionis esse
coronandum. Inde autem fiduciam in die iudicii
habere possum. plenius subdendo manifes
tat. quia sicut ille est & nos sumus in hoc mun
do. Numquid u potest esse homo sicut ds. sed &
meminisse oportet quod & supra dictum est. qa
non semp adequalitatem dicit. sed dir ad quandi
similitudinem. Quomodo enim dicis. sicut aures
habeo ita habet & imago. Numquid omnino
sic. sed tamen dicis sic. Sicut enim facti su
mus ad imaginem di. quare non sicut ds sumus
non adequalitatem sed pmodulo nro. Inde ergo
nob datur fiducia in die iudicii. quia sicut ille
est & nos sumus in hoc mundo. imitando uide
licet perfectionem dilectionis in mundo. cuius
ille exemplum cotidie pbet de celo. de qua sal
uator in euangelio. diligite inimicos uros &
orate pp sequentibus uos. ut sitis filii pris
uri qui in celis est. qui solem suum oriri facit sup
bonos & malos. & pluit super iustos & iniustos.
Timor non est in karitate. intalis uidelicet kari
tate. que ad imitationem diuine bonitatis.
etiam inimicis bene facere & hos diligere no
uit. Sed perfecta karitas foras mittit timorem.
illum uidelicet timorem de quo dicitur. Initium sapi
entie timor dni. Quo timet quisq incipiens
opa iustitie districtus iudex. & se minus
castigatum inueniens dampnet. Illa karitas
pellit foras. que pmerito iustitie fiduciam ha
bet in die iudicii. Sed & presentium aduersita
tum timorem perfecta karitas eicit ex animo quam
habere querebat. qui dno supplicans ait. Ani
mam meam eripe a timore inimici. Quam habe
bat qui dixit. Quis nos separabit a karitate
xpi. tribulatio. an angustia. an persecutio. an
fames. an nuditas. an periculum. an gladius. et
cetera. Quo timor penam habet. Torquet cor con
scientia peccatorum. non dum facta est cognitio. Ido
in psalmo de ipsa perfectione iustitie. Conuer
tisti inquit planctum meum in gaudium mihi. consci
disti saccum meum & pcinxisti me letitia. ut can
tet tibi glia mea & non compungar: id est non sit qd
stimulet conscientiam meam. Stimulat timor:
sed noli timere intrat karitas que sanat quem
uulnerat timor: Qui autem timet non est perfec
tus in karitate. quia timorem timor penam
habet. quam uis sic sectionem medici salus opta
ta. ita timorem karitas desiderata subsequatur.
Nec putari debet his beati iobis sermonib